



# BOLETÍN DEL CLERO DEL OBISPADO DE LEÓN.

Publicamos hoy las ocho dudas que promueve y resuelve la Revista romana titulada *Ephemerides liturgicæ*, la cual dice:

Dubitari potest 1. An ad hanc Missam in respectivis Ecclesiis celebrandam teneantur, qui aut tantum Parochi sunt, aut Rectores Ecclesiarum, quæ curam nullam habent annexam animarum.

Sed respondemus, Summum Pontificem hanc Missam statuisse celebrandam pro omnibus Prælatis Diocesim habentibus: «statuimus celebretur.» Pro aliis vero omnibus Sacerdotibus, non statuit, sed probavit tantum: «probamus» Ergo quæ pro illis Missa in præcepto est, pro istis est solum in libertate.

2. An, si hæc Missa fiat in Ecclesiis, quæ Cathedralibus sunt inferiores, cum aut sine cantu celebranda sit.

Respondemus, Parochos Rectoresque Ecclesiarum harum, in Litteris Apostolicis enumeratos fuisse inter alios quoscumque Sacerdotes. Proinde sicut impossibile moraliter esset, ut omnes Sacerdotes Missam hanc canerent, ita pro iisdem Missa cum cantu non est præceptiva, imo neque privata. Ergo neque Missa cum cantu, præceptiva, erit in istis Ecclesiis, neque sine cantu, ut superius dictum est. Faciendum est itaque quod potest fieri, si huiusmodi Missa dicatur, iuxta intentionem et verba Pontificis. Cultus tamen Dei, rituum ac cæremoniarum decor præ oculis

semper habendus: ne quod solemnitati tribui velit, in eiusdem decoris damnum vergat.

3. An in omnibus Oratoriis, etsi privatis, eiusmodi Missa possit celebrari.

Resp. Cum Literæ Apostolicæ probent hanc Missam celebrari ab omnibus Sacerdotibus, per se evidens est, eam celebrari quoque posse in quocumque Oratorio, ubi celebrandi privilegium adsit.

4 An adhiberi possit eo in casu color violaceus in paramenis, ratione Dominicæ.

Resp. Negative, sicuti nec permittitur in Dominicis, quando Missa defuncti canitur præsente cadavere.

5. An possint pro hac Missa recipere eleemosynam omnes Sacerdotes.

Resp. Res a Litteris Apostolicis relinquuntur prout sunt. Primum autem decreti dubium declarat, per verba «*cum omnibus dispensationibus et derogationibus.*» factam esse commutationem ad applicationem quot attinet. Adeo ut qui tenebantur applicare pro populo, eo die applicent pro defunctis. At sicut qui pro populo applicare tenentur, eleemosynan non possunt accipere, ita neque in casu, cum pro defunctis applicent. Quantum autem ad cæteros Sacerdotes res per se patet.

6. An quod dicitur in dubio III decreti allati circa Patronum, Titularem et Dedicationem, intelligendum sit de alio quocumque festo ex solemnioribus.

Resp. Affirmative: et patet ex ipsa responsione, in qua tria enumerata sunt tamquam exempla, ut etiam alia similia solemniora festa comprehendant.

7. An cani vel recitare ea die etiam debeat, aut possit officium defunctorum.

Resp. 1. Litteræ Apostolicæ de hoc officio silent; ergo illud imponere noluerunt. Perfacilis enim Legislatori fuisset, Missam iubenti vel permittenti, verbum quoque facere de officio; quod proinde cum omnino facuerit, nec imponere voluisse certo concludendum.

Resp. 2. Salvo meliori iudicio, liberum esse censemus illud recitari aut cani. 1. Quia Litteræ Apostolicæ intelligunt, ea die suffragiis, quantum fieri potest, defunctorum animas adiuvare.

Atqui hæc non solum per Sacrificium altaris adiuvantur, sed et per officium.... Secundo, licet Missa et officium independentia sint in casu, nihilominus per unum et alterum, totum officium liturgicum expletur: ut qui unum concedit, alterum concedere iure arguatur. Tertio, magis est Missam concedere defunctorum quam officium, ita ut Gavantus, Meratus. Cavalierius, ac generaliter omnes Liturgici iure teneant, inter officium et Missam admotum disparem esse rationem, neque hoc æque ac Missam, ad easdem angustias esse redigendum (*Caval. Tom. III, Decr. VI in ord. III. n. VI*). Atqui iuxta regulam iuris 35, plus semper in se continet quod est minus; ergo.....

8. An idem dicendum de Absolutione post Missam de requie.

Resp. Affirmative: infertur enim ex iisdem, quas in præcedenti rationes exposuimus.

---

## SOLUCIÓN DE ALGUNAS DUDAS LITÚRGICAS.

---

El Sr. Oispo del Abruzzo preguntó á la S. C. R. (*Decret. in una Marsorum, die 12 Novembr. an 1831 ad 38*) si había de hacerse ó no inclinación de cabeza á la cruz siempre que el Sacerdote llega al medio del altar ó se retira de él; y se le respondió por la misma S. C.: «*Obsérvense las Rúbricas.*» El sentido de la respuesta, como consta, es: hágase la inclinación cuando lo indica la Rúbrica: deje de hacerse cuando por la Rúbrica no se manda.

Todavía insistió el mencionado señor preguntando si esta respuesta tiene igual valor tratándose de una costumbre inmemorial, en virtud de la que los Sacerdotes de algunas localidades hacen siempre las mencionadas inclinaciones.

La respuesta fué afirmativa. Es sabido que Su Santidad Pio V en la Bula *Quo primum*, manda que *la misa se cante ó recite.... según el rito, modo y norma que se manda por el Misal Romano*. Ahora bien: es evidente que el *rito, modo y norma* de la Misa se varía con la adición ó supresión de alguna Rúbrica; y de aquí la fórmula cien veces repetida por la S. C. R.: «*Serventur Rubricæ.*»

Pero la citada Bula concede algo á la costumbre inmemorial

que cuenta doscientos años antes de la restauración del Misal Romano. Si pues estas inclinaciones de cabeza pueden probar esta antigüedad, seguramente confesariamos que el anterior argumento tendría menos fuerza. ¿Pero qué vale esta excepción cuando se trata de las Rúbricas del Misal Romano?

Luego no cabe la menor duda que la costumbre, aunque sea inmemorial, no excusa de la observancia de las Rúbricas. Y conviene advertir que las costumbres contra el Misal Romano son corruptelas (*Decret. dado para Huesca, en 10 Marzo de 1591, y 6 de Diciembre de 1881*) y que en asuntos de ritos no pueden nunca prescribir, reclamando siempre la S. C. R. que se observen las Rúbricas.

*¿Por qué parte debe salir el Sacerdote celebrante de la sacristía al altar, si la sacristía está colocada detrás del altar?*

Hay un decreto del día 12 de Agosto de 1854; en él se dispone que en tal caso el Sacerdote debe salir de la sacristía por la parte izquierda, y regresar á la misma por la derecha. Pero con razón se duda qué parte del altar debe tenerse por la derecha y cuál otra por la izquierda.

Respuesta: Considerando el altar mismo, no al Sacerdote que en él celebra, la diestra es la parte del Evangelio, y la sinistra es el lado de la Epístola. Pero parece que la derecha ó la izquierda á que se refiere el aducido Decreto hace relación, no al altar, sinó al Sacerdote; pues de otra suerte el Sacerdote iría al altar de un modo que no es el natural. Siempre que tenemos que hacer una conversión de uno á otro lugar, naturalmente nos movemos de derecha á izquierda, que es el movimiento verdaderamente propio y natural.

Por consiguiente, el Sacerdote que va de la sacristía situada detrás del altar en dirección al altar mismo ha de volverse á su izquierda, llegando al altar por la parte del Evangelio. Mas volviendo á la sacristía, girará á su derecha, pues no debe volver por donde llegó, y de este modo regresará por el lado de la Epístola.

Esta es también la práctica de muchas iglesias, y que puede servir de norma.

---

## COLLATIONES MORALES PRO MENSE OCTOBRI.

---

1.<sup>a</sup>

Quid sit restitutio, et in quo differat à solutione et a satisfactione.

An detur præceptum restituendi.

An præceptum restituendi sit affirmativum, aut negativum.

*Casus.*

Petrus, ex odio in Gabinum, ejus domum clam incenderat; huic vero festinanter subveniunt multi, miseranda ejus sorte commoti, ita ut ex integro factus fuerit indemnus, imo domum novam vetere meliorem habuerit. Hoc autem sciens Petrus de restitutione non curat, sed a Confessario obligatus, valorem domus, post decem annos, Gabino restituit.

Quid dicendum de Petro, de Gabino et de Confessario.

*Quæstio liturgica.*

An propria auctoritate processiones celebrari possint.

2.<sup>a</sup>

Ex quibus radicibus oriatur obligatio restitutionis.

Quotuplex sit culpa restitutionis obligationem inducens.

Ex quali culpa oriatur obligatio restituendi.

*Casus.*

Cajetanus, odio in Lazarum percitus, vindictæ occasionem quærebat, cum ecce rescit eum solere vinum de nocte furtim in civitatem introducere, et sic debitum vestigalibus se subducere. Impiger Cajetanus tributorum præpositos admonet. Lazarus igitur in ipso delicti facto deprehenditur, et ad muletam persolvendam damnatur.

*Quæstio liturgica.*

Qualis ordo in processionibus sit servandus.

3.<sup>a</sup>

Ex quali culpa teneatur quis ad restituendum ex officio.  
Qualis culpa requiratur, ut sit obligatio restituendi, ex contractu.

Quis teneatur ad restituendum ex re accepta.

*Casus.*

Honorius, accepta hæreditate, inter res a testatore relictas annulum invenit, lapide, quem cristallinum reputat, exornatum. Illum mediocri pretio vendit Paulino, qui et ipse putat talem esse ejus valorem. Sed postea aliquis peritus detegit esse lapidem adamantinum, et notabili pretio illum emit.

*Quæstio liturgica.*

Quo habitu, cum quibus ornamentis, et quo modo processiones fieri debeant.

4.<sup>a</sup>

Quid teneatur restituere possessor bonæ fidei.

Quos fructus possessor bonæ fidei restituere teneatur.

An emens bona fide rem furtivam rescindere possit contractum, ut suum premium recuperet.

*Casus.*

Paulinus emit bona fide frumentum furtivum; servat illud brevi temporere; sed nescio quo eventu, notabiliter crescit frumenti valor in foro publico. Hac bona sorte utitur Paulinus et vendit magno lucro frumentum hoc quod putat esse suum. Sed mox rescit istud ad Cajum pertinere, et inquirit a Confessario quid sibi faciendum sit.

*Quæstio liturgica.*

Quæ sint cantanda in processionibus, et quo colore utendum,

## SUELtos UTILÍSIMOS.

Hoy que el liberalismo ateo promueve con tanto ardor las enseñanzas laicas y aun la instalación de Escuelas neutras, juzgamos oportuno reproducir lo que se lee en *El Magisterio Español*, núm. 1.414, Madrid, 30 Julio 1888.

Dice así:

«*Consecuencias fatales.*—Los diarios de Gijón dan cuenta de un crimen horrible, cometido por un joven estudiante de diecisiete años.

»Su padre, antiguo librepensador, no permitió que al nacer se le administrara el santo bautismo.

»Matriculado más tarde en el instituto de Gijón le impidió también su padre que asistiera á la cátedra de Psicología, Lógica y Filosofía moral.

»Los frutos de esta educación atea no se hicieron esperar.

»El muchacho demostraba tan perversas inclinaciones, que el padre comenzó á inquietarse, y viendo que no producían resultado sus consejos, recurrió al bárbaro remedio de encerrarlo en una prisión; dos meses estuvo el desdichado en la casa de arresto de jóvenes delincuentes, mas apenas puso los pies en su casa ase sinó vilmente á su madre para robarla.

»Aviso á los padres librepensadores y á aquellos que no cuidan de que en las Escuelas á que los mandan se enseñe la moral cristiana.»

En cambio la Santa Sede, que es, fué y será siempre la columna y firmamento de la verdad, y de la moral se ostenta en estos días manteniendo el gran principio docente de la Iglesia y alentando los procedimientos pedagógicos del catolicismo. No contento, en efecto, el Santo Padre con haber dado recientemente cincuenta mil francos para los Seminarios de Italia, se lee en el referido periódico *El Magisterio*, núm. 1.420, que felizmente ya

es un hecho la creación de un centro permanente de enseñanza cristiana dentro de la misma Roma.

«Las Escuelas de Roma (dice *El Magisterio*) costaban al Papa un millón anual, gasto excesivo para los recursos relativamente pobres con que cuenta Su Santidad León XIII; hoy, gracias al generoso desprendimiento de los fieles el Padre Santo ha adquirido el Palacio Altemps para instalar en él un grandioso instituto católico, y á propuesta del Cardenal Zigliara ha reunido y depositado el capital suficiente para subvenir con los intereses que devengue á todas las Escuelas católicas de Roma.»

(B. E. de Toledo.)

---

El día primero de Octubre tendrá lugar la inauguración de curso y distribución de premios en el Círculo Católico de Obreros; estando abierta la matrícula para los alumnos desde el día 20 del mes actual.

Los buenos resultados que en años anteriores ha dado esta hermosa institución, que solo á costa de mucho trabajo y grandes sacrificios de todo género puede sostenerse, nos anima á solicitar de nuevo el concurso de los señores Curas párrocos y de todos los buenos católicos en favor de esta obra caritativa, que tan poderosamente influye en favor de las clases menesterosas, de la Religión y de la Sociedad.

---

## ANUNCIO.

---

**Modo de rezar el Santo Rosario á Nuestra Señora.**  
Véndese en la imprenta de este BOLETÍN á 20 y á 25 céntimos de peseta ejemplar.

---